UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 2. Virgilij locus è sexto Æneidos illustratus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70864

Visual Library

Ego, natura ipſa duce, & ita quodammodo cogen
natura ipſius litteræ quæ eius vocis princeps eſt, me
tum deorſum ad pectus, & ad cor mouemus: vt qua
nutu oſtendamus eam partem qua præcipuè ſum
id quod ſumus: *Mens enim cuiuſque*, ait Cicero, is
quiſque. Addebat illud quoque, naturale eſſe, vt de
bis loquentes, noſque ipſos oſtendere volentes, dig
tum indicem ad pectus referamus, non ad caput:
quo effici, vt natura ipſa quodammodo docere vide
tur, præcipuæ partis, & eius quæ hominem conſtitu
non in capite, ſed in corde, ſedem ac domicilium eſſ
Quoniam autem videbat Chryſippus, promptam a
paratam eſſe ἔνστασιν aduerſus illud prius argume
tum ex voce ἐκεῖνος, cuius idem eſſet principiū, qu
τῆς ἐγώ: ſubiecerat pulchram ſanè & ingenioſam d
ſolutionem. neque enim tantùm priorem ſyllaba
vocis *Ego* ita conformatam eſſe, vt eam qui proferre
nutu ſe, id eſt pectus ſuum, oſtenderet: verùm & po
ſteriorem, id eſt ſyllabam *go*, nihil habere, vt ipſe lo
quebatur, apoſtematicon, id eſt, quo quidquam ex
nos poſitum indicaretur. At vocem ἐκεῖνος incipe
quidem ab eadem ſyllaba; ſed ſequi ſtatim ſyllaba
κεῖ: in qua ineſſet vis quædam ſignificandi aliquid
nobis ſeiunctum ac ſeparatum. Hæc tam ingenio
fatua vix à ſummis viris dicta crederemus, niſi e
Varrone didiciſſemus, nihil à quoquam ægroto ſom
niari poſſe tam ſtultum, quod non aliquis Philoſo
phorum ſeriò dixerit.

Virgilij locus è ſexto Æneidos illuſtratus.

CAPVT II.

QVID eſt, quòd doctiſſimo poëtarum Maro
ni, qui infantes mortui ſunt, eos dies ipſa ab
ſtuliſſe

tuliſſe dicitur: noti enim ſunt verſus illi è ſexto diuini poëmatis:

Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumq́, animæ flentes in limine primo,
Quos dulcis vitæ exſortes, & ab vbere raptos,
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo:

& exiſtimo, eum ad conſuetudinem & ad opinionem veterum reſpexiſſe: apud quos qui iuuenes immaturam, vt videbatur, mortem obierant, albeſcente cælo, ante ſolis exortum, à propinquis efferri ſolebant: quòd nefas opinarentur, tanti mali, tantæque calamitatis ſpectatorem ac teſtem eſſe ſolem. Atque eam ob cauſſam dies ipſa eos auferre ac rapere dicebatur: quod vt primùm dies apparere cœperat, auferebantur. Qua de re ita Euſtathius: φασὶ γὰρ ὅτι τοὺς πρώτους νέους ἅμα ἡμέρᾳ ἐξεφόρουν ταφῇ οἱ προσήκοντες, ὡς μὴ ἀνεκτὸν ἡλίῳ θεαθῆναι τοιοῦτον κακόν. διὸ καὶ ἐλέγετο ἁρπάζειν αὐτοὺς ἡμέρα. Sic raptum ab aurora, quæ eadem & dies eſt, Orionem fabulantur. Atque hoc colore vſus eſt Nero, cùm Britannicum fratrem ſuum, qua nocte veneno ſuſtulerat, ea ipſa humandum curauit. Qua de re prudentiſſimus hiſtoriæ ſcriptor Tacitus: *Nox eadem necem Britannici & rogum coniunxit.* & paulo pòſt: *Feſtinationem exſequiarum edicto Cæſar defendit, id à maioribus inſtitutum referens, ſubtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus aut pompa detinere.*

De Anchiſæ morte variæ veterum Scriptorum ſententiæ. CAP. III.

VARIA admodum & inter ſe diſcrepantia de morte Anchiſæ, qui Æneæ pater fuit, veteres prodiderunt. Sunt enim, qui annos natum octoginta in Phrygia obiiſſe dicunt, oſtendique tumulum ipſius